Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31907
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

eos qui sic resurrecturi sunt. ut cum illo maneant et regnent
in sempiternum. quos etiam caput et tanquam corporis sui ex ip-
sorum cum resurrectione etiam predestinatos esse. ut ipsius princeps fi-
eret. Ceteros autem in sua conditione resurgentium non princeps
fuit esse. Non igitur ex illorum mortuorum resurrectione predesti-
natus est qui est damnatus. ut predestinatum esse ex resurrectione
mortuorum ut precederet resurrectione mortuorum. unde intelli-
gi apls. Hos autem precessit ad ipsum celeste regnum quos eos pces-
sit secuturi sunt. Pri quod non ait qui predestinatus est filius di
ex resurrectione mortuorum. sic xpe dns nr. sed ex resurrec-
tione mortuorum ihu. xi dni nri. Tanquam si diceret quod predes-
tinatus est filius di ex resurrectione mortuorum suorum. hoc est ad
se pertinentium unitam etiam. Velut si interrogaretur quorum mor-
tuorum. et responderet. ipsius ihu xpi dni nri. ex resurrectio
ne cum ceterorum mortuorum non est predestinatus quos non precessit ad gla
uite etne non unquam secuturos. quin ad penas suas impium resur-
recturi sint. Ergo ille tanquam filius di unigenitus etiam primogenitus
ex mortuis predestinatus est. ex resurrectione mortuorum.
Quorum mortuorum in ihu. xi dni nri. Per quem accepimus gratiam
et apostolatum. Gratiam cum omnibus fidelibus apostolatum autem cum
omnibus. Ido si tantum apostolatum se diceret accepisse ingra-
tus extitisset gratie qua illi peccata dimissa sunt. Tanquam eum
meritis prioribus opum accepisse apostolatum videretur. Oportuit igitur
tenet cardinem cause ut nemo audeat dicere ante potius me
ritis se ad euglium esse perductum. quando. nec ipsi apli quoque ceteris
membris per caput corporis superemineant accipere apostola
tum. prope potuissent. nisi prius communem cum ceteris gratiam
que peccata remittit sanat et iustificat accepissent. Quod autem sub